



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 7. Quænam sunt aliæ dispositiones requisitæ in Ministro Sacramentorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesia Pastorem mutari posse, anathema sit.

Quaest. 6. Est-ne necessarium ad validitatem Sacramentorum, ut is qui ea confert, sit Minister ad id specialiter deputatus?

Catechif.

Conc. Trid.
De Sacrament.
in genere.

Resp. Est absolute necessarium; ait enim Catechismus Concilii Tridentini: *Non minus enim Ministrorum Officio, quam materiâ & formâ ad Sacramenta conficienda opus esse, perpetuâ sanctorum Patrum traditione confirmatum est.*

Conc. Trid.
sess. 7. Can.
10. De Sacram.
in genere.

Et Concilium Tridentinum ait: *Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus Sacramentis administrandis, habere potestatem, anathema sit.*

Et ratio est, quia cum Sacramenta non operentur nisi virtute supernaturali, non possunt valide administrari nisi serventur omnia, quae à Jesu-Christo in eorum institutione praescripta sunt. Unde necessarium est ut is qui illa administrat, receperit ab eo hanc potestatem, & ad id fuerit specialiter deputatus. Videbimus autem agendo de Sacramentis in particulari, quinam sint Ministri à Deo destinati ad ea conferenda.

Quaest. 7. Quanam sunt aliae dispositiones requisitae in Ministro Sacramentorum?

D. Carol. act.
p. 4. De Sa-
cram. adminis-
tratione.

Resp. Praeter intentionem quam habere debet faciendi quod facit Ecclesia, administrare ea debet maxima cum devotione interna & externa, ac proinde, ut ait Divus Carolus: *Sacramentum aliquod cum ministrat ut id magna cum religione praestet, singula verba, quae ad illius formam rationemque pertinent, omni animi attentione & pietate distinctè pronuntiabit, & clara item voce, ut ab illis audiatur quibus ministratur. Sacras item prece-*

tiones sanctè graviterque dicet. Solemnes præterea alios ritus ceremoniasque ita decenter observabit, ut veluti ante oculos ponere videatur eximia illa dona, qua in eo Sacramento continentur.

Ita verò demùm in omni Sacramento administratione se geret, ut non actione solum tota, sed vultu etiam illos qui adsunt incitet ad pietatem & devotionem.

Illudque norit præterea Officii sui esse, & hæc sancta administrandi ratione, & præterea assiduis orationibus & doctrina & omni Sacerdotali industria, fideles sibi commissos tales efficere, quibus dignè utiliterque Sacramenta ministrari possint.

Hic autem non erit abs re advertere, quod inter alios Casuistarum errores, seu allucinationes, duas sequentes propositiones damnavit sancta Sedes.

Prima propositio damnata. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore; nisi id vetet lex, conventio aut periculum gravis damni incurrendi.

Innocent. XI.
in Decreto
contra 65
Propos. die
2. Martii
1679.

Hinc sententiã probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

29. Propositio. Vrgens metus gravis, est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

